

M. antioquiensis Lehm. et Krzl. n. sp.; planta perpusilla, caespiti-
bus parvis, foliis lanceolatis v. oblongi-lanceolatis in petiolum aequilongum
angustatis 3—4 cm longis (incl. petiolo), scapis unifloris aequilongis filiformibus,
bractea ovati-oblonga acuta pellucida ovarium non aequante, ovario
hexaptera undulati-alato. Sepalo dorsali ovato obtuse-acutato, lateralibus
fere omnino connatis mentum pro flore maximum bullatum formantibus,
toto cyatho intus et praesertim margine hyalini-papillosis, caudiculis sub-
nullis, petalis linearibus apice retuso-triangulis paulum incrassatis, labello
basi cordato brevi-unguiculato late linearis tertia parte anteriore late ovato
acuto, lineis 3 elevatulis per totum discum ubique minutissime hyalini-
papilloso; gynostemio gracili, androclinio margine integro. — Flores fusco-
purpurei lutei-marginati caudisque luteis (ex F. C. LEHM. v. cl. egomet
caudarum nec velum nec vestigium reperi), flores quos examinavi (v. potius
alabastra) 8 mm longa. — Plantula rara floret exeunte Augusto.

Columbia: Epiphytica in silvis densis in Cordillera occidentali ditionis
Antioquiae in monte Alto de Tayo, 4800—4900 m (n. 7227!).

Planta, ut videtur rarissima, inter omnes speciei brasiliensi *Mardevalliae curtipedi* Rodrig. proxima.